FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorvm Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.IX.

VD18 90845390

[Iohannes Ulricus Pregizerius]

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216317

Visual Library

Erklärung deß Paſſions / Onoltzbach / 1617. 1618. 4.

Eine Predigt von Enthauptung Johannis auß *Matth. XIV.* Onoltzbach / *1618. 4.*

Brenziſche Jubel-Predigt darinn dreyer *Brentiorum* Lebens-Lauff beſchrieben / Nürnberg / *1627. 4.*

Leich-Predigt über Hrn. Balthaſer Moſern / Tüb. *1610. 4.*

- - Uber Fr. Anna Moſerin Wittib / Fanckf. *1612. 4.*

Epiſtola Manuſcripta de dicto: Hoc eſt corpus meum, &c.

Nat. 1577. *Cl. 1620.* *O. 1656.* JOHANNES ULRICUS PREGIZERUS, Lucam Oſiandrum poſt 14. annorum, (quibus Cancellariatus & Præpoſitura Tubingenſis vacaverant, domum Præpoſiti Jeſuitis incolentibus, imò jus creandi Baccalaureos & Magiſtros affixo Programmate ſibi competere contendentibus,) decurſum ſecutus non contemnendam dignationem ſua nativitate attulit Cuſterdingæ pago aliâs ignobili altero lapide á Tubinga diſtanti, d. 29. Mart. A. 1577. quo Liber Formul. Conc. L. F. C. fuit conſcriptus Patre M. Joh. Ulricô, loci paſtore, Matre verò Charitate Rhoneriâ. Literarum rudimenta poſuit Tubingæ, unde Scholis Clauſtralibus & quidem Alpirſpacenſi ſub Abbate Matthæo Vogelio 1593. Bebenhuſanæ, ſub Præſulatu Eberhardi Bidembachii Anno 1595. inſitus, feliciſſimè adolevit, ibidemque laureâ primâ redimitus fuit. Anno 1597. ætatis 20. in Ducale Stipendium promotus, biennio poſt inter plurimos Secundæ Laureæ

reæ Corrivales, primus evaſit; poſtea Theologiæ totum ſe mancipavit adjecto linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ & Græcanicæ Studio, quam poſteriorem ita excoluit, ut, cùm Advenæ cuidam Imperii Principi, qui Stipendium Ducale, ritus & mores viſurus intraverat, optio daretur, ex ſeptem Linguis, quamcunque vellet, audiendi, & Princeps Græcam eligeret, Sparta illa Pregizero tum temporis Repetenti, demandaretur, qui Concionem ore Grajo vel maximè rotundam habuit. (a) Exin majoribus deſtinatus Anno 1606. ætatis 29 Tubingenſi Diaconiæ; poſt quinquennium 1611. Decanatui & Parochiæ Calvenſi, Anno autem 1617. Profeſſioni Theologicæ & Paſtoratui Oppidano, (cui vicinarum Eccleſiarum Inſpectio aliquandiu conjuncta fuerat,) admotus fuit, quam ſtationem totos 32. annos indefeſſâ induſtria ſuſtinuit, undecies electus Univerſitatis Rector, rariſſimo Exemplo, ſemel deputatus ſupremus, multoties Facultatis Theologicæ Decanus. (b) Tandem 1652. ejectis tota Würtembergia Lupis Jeſuitis puta & Monachis, ac Univerſitate lethaliter quaſi ſauciâ, reconvaleſcente, Pregizerus dignus judicatus eſt, qui inſtar Noachi Academiam non tantùm Orthodoxiæ ſinceritate, ſed & precum ſolidæque pietatis fomentis in ſtatum feliciorem reſtitueret. Conthoralem habuit Tabitham, M. Jacobi Heſchii, Paſtoris Feuerbacenſis Filiam, cum qua 34. annos amantiſſimè vixit, ſuſceptis tribus Filiis & geminis Filiabus, ex quibus unus tantùm Filius Johannes Ulricus, Theologiæ

(a) *Vid. Memoria Pregizerian. p. m. 20. edit. 4.*
(b) *ibid. pag. cit.*

Licentiatus & Moralium Profeſſor in Academia Tubingenſi factus, Patri ſuperſtes fuit. Ipſe propter Senectutem & Belli calamitates ſecunda vota averſatus, Viduus manſit usque ad mortem. Fuit Theologus pietate, candore, manſuetudine, Patientiâ & devotione conſpicuus; omnium horarum homo, ſupercilii nullius, expoſitus ad omnium uſum quotidianum. (c) Pacis eò usque Studioſus, ut nonnullis juſto lenior videretur. De Cœtero Philologus non prolectarius, quod vel ſola Parentatio, Johanni Haubero, Concionatori Aulico, dicta teſtabitur; Concionator, ut ex Scriptis apparet, nervoſus, induſtrius, ac diſertus, qui Concionibus eam memoriæ diligentiam adhibuit, ut in Scripturis allegatis ne verbulum quidem ex formalibus deſideraretur. (d) Ægrotorum viſitator, & conſolator etiam peſtis tempore, quæ Anno 16 o. ſæviit, nullo diſcrimine inter pauperes & ditiores habito, fideliſſimus: quibus donis ac virtutibus prorſus eximiis defectum Polemices, ſi quis fuit, abundè compenſavit. Neque dubium eſt ipſum turbulentiſſimo belli tricennalis tempore non tàm Academiæ, quàm univerſæ Patriæ precibus ſuis pro muro fuiſſe, ne funditus deleretur. Quanta inſuper vitæ pericula, quos angores, calamitates quantas ſuſtinuerit vel ex eo poteſt concludi, quòd aliquando gladio impii militis domi ad internecionem quæſitus, jam ſub ictu verſabatur? Sed Deus ipſum præſtitit immunem ab impetu latronis. (e) Corporis habitu gaudebat εὐρώςο, nec non

(c) *Vid. Jubil II. Acad. Tub. p. 103.*
(d) *Conc. Funebr.*
(e) *Memor. Pregiz p. 25 & Carol. Memor. T. I. p. 876.*

non ſerenitate vultus nihil auſteritatis Saturninæ ſpirante, tametſi barbam aleret adeò prolixam, ut Gallici Duces Tubingenſi arce ſub Generali Turennio expugnatâ, in urbe verſati dicerent: Voila il ya un homme, qui a plus de barbe, que tous les hommes de France (f) Mirè feſtivum circa barbam illam ſeſe exhibet more Gallorum, Bailletus in Libro d' Anti T. I. p. 163. apud Serpilium, p. 55. Satur vitæ & vanitatis mundanæ quaſi alter Simeon expiravit in pace, repetitâ priùs ad Librum Concordiæ Confeſſione Anno 1656. d. 10. Aprilis ætatis 80. Miniſterii 50. Debita Exequialia præſtitit D. Tobias Wagnerus, Oratione ſolenni & Concione quam excerptam P. Freherus;(g) illam verò integram exhibet Henninges Witten. Memor. Theol. Dec. IX. p. 1167. conf. G. Serpil. Epitaph. p. 54.55. König. Biblioth. p. 663.

Johannis Conradi Brotbequii Med. D. & Phyſ. Prof.

Epigramma Anagrammaticum.

Johannes Ulricus Pregizerus.

Per Anagr.

Os erigo Lutheri puri cordis canens.

De Verbo Domini toto quod pectore dixi
Hoc totis vixi Viribus ut potui.
Pro Verbo Domini per Verbum ex judice Verbo
Semper ab ore meo Verba animoſa fluunt.

(f) Ibid. p. 11. Carol. Tom. II. p. 135.
(g) Theatr. Ill. Vir. p. 588.

Dicite nunc: Fuit hic, quia ſic os erigo, tanquam
Lutherus puri cordis in ore canens.

Scripta.

AMicitiæ & Memoriæ Monumentum ſ. Oratio Parentatoria in obitum Joh. Hauberi Theologiæ Doctoris & Concion Aulici, Tubingæ, 1621. & 1612. 4.

Diſput. de æterna ſalvandorum Electione, Tubingæ, 1620. 4.

de Prot. Evangel. ex Gen. 3. 15. ℞. Joh. Falcone, Tub. 1620 4.

Catecheſis Abrahamitica ex Gen. 12. 3. & 22. 18. ibid. 1621. 4.

Fides Abrahæ ex Gen. 15. ib. 1621.

Scala & Cervicale Jacobi, ex Gen. 28, 12. & 18. Tub 1621. 4.

Stella Jacobi ex Num. 24. 17. ib. 1621. 4.

Diſp. de Schiloh. ex Gen. 49. 8. ſeqq. ℞ Erhardo Machtolff. Tub. 1622.

de Propheta Magno ex Devt. 18. v. 15. 18. 19. Tub. 1623 4.

Antiforerus ſ. Diſp. de Cœlibatu & Votis, Tub. An. 1623. & 1624. 4.

de Filio Davidis, ex 2. Sam 7. 11. & 1. Paral. 17. 10. ſeqq. ib. 623. 4.

Fundamenta quædam in 6. Articulis à noſtris Jeſuitis ſemper oppoſita. Tub. 1624.

p de dicto Jobi, Cap. 19. 25. Tub 1624. 4.

de Filio Dei ex Pſ. 2. 7. Ib. 1624. 4.

Aſſer-

Aſſertio ſanæ & orthodoxæ doctrinæ de Filio hominis gloria & honore coronato, ibid. 1625. 4.

Aſſertio de filio hominis, 1625. 4.

Diſp. in Pſ. 16. Aureum Clinodium. R. Paulo Biberſtein, Tub. 1625. 4.

Simplex Fides Chriſtianorum contra Atheos, Infideles & Hæreticos hujus ævi, ib. 1626. 4.

Meditatio de ſalvifica Chriſti Paſſione, ex Pſ. 22. ibid. 1626. 4.

de Paſſione ex Pſ. 35. Tub. 1627. 4.

Regula Fidei, Tub. 1634. 4.

Propoſitiones de Induratione & corruptelis eorum, qui Miſericordiam, Veritatem & Juſtitiam Dei impugnare non verentur, Tub. 1643. 4.

Diſp. de Imagine Dei.

de Regnantium amore & timore.

de Perfectione Sacræ Scripturæ, Tub. 1650. 4.

Exercitationes Biblicæ, Tub. 8. 1625.

Germanica.

Widerlegung Joh. Wollebs/ zweyer Predigten vom Abendmahl/ Tub. 1620. 4.

Valet-Predig zu Calw/ ibid. 1620. 4.

Conc. in funere Agnetis, Johann Ulrici Wolffii à Todtenwarth/ U. J. D. Ratisbon. Conjugis ex Pſal. 73. v. 25. 26. An. 1621. 4.

Conc. in felix novi Anni Auſpicium ex Deut. 11. v. Tub. 1622. 4.

Conciones 12. de Pœnitentia.

Conc. fun. in funere Joh. Frid. Volzii J. U. D. & Prof. ex Pſ. 118. 17. 18. Tub. 1625. 4.

Conc. fun. Annæ Wildin/ 1625. 4.

In fun. Joh. Georg. Beſoldi U. J. D. & Prof ex Pſ. 34. 20. 21. Tub. 1626. 4.

In fun. Martini Rümmelini U. J. D. & Prof. ex Jerem. 3. 22. 23. Tub. 1626 4.

In fun. Sebaſtiani Bloſſii. Med. Doctoris & Prof. ex Pſ. 91. 14. - 16. Tub. 1627. 4.

In fun. Magdalenæ M. J. Reinhardi Löbrii, Evangelici Paſtoris in Auſtria Uxoris, ex Eccleſ. 7. 2. Tub. 1628. 4.

Hochzeit-Predigt über *Melch. Sylveſter Eckhardi, Tub. 1628. 4.*

Leich-Predigt über Fr. Barbara *D. Lucæ Oſiandri,* Ehefr. *Tub. 1629. 4*

Conc. in fun Henrici Boceri J. U. D. & Prof. ex Eſaiæ 57. 1. 2. ibid. 1630. 4.

In fun. Joh. Jac. Halbritteri Junioris J. V. D. & Prof. ex 2. Cor. 5. 1.-5. ib. 1630. 4.

In fun. Joh. Falconis Theol. Candid. & Diac. Tub ex Luc. 23. 46. Tub. 1634. 4.

In fun. D. Lucæ Oſiandri Junioris 2. Reg. II. v. 11. 12. 1638. 4.

In fun. Joh. Harpprechtii J. U. D. & Prof. 1639.

Concio in Jeremiæ 11. 8. 1652.

Außerleſene und troſtreiche Sprüche auß dem Wort GOttes/ Tübingen/ A. 1672. 8.

Zwey Predigten von dem ältiſten Glauben/ Tüb. 8.

Leich-Predigt über *M.* Joh. Eberhard *Gilg. J. U. Licent. Univerſitatis Syndici, ex Pſ. 86. v. 11. Tubing. 1640. 4.*

SEBA-